









1616.

1. Cranius, Henricus Andreae: Iuris controversi sive  
principiarum controversiarum, antinomiarumque  
sen difficultatum, ex iure ciuiti, feudali, canonico,  
provinciali, lexicico . . . selectarum Disputationis I.
2. Cranius, Henricus Andreae: Iuris controversi sive princi-  
piarum controversiarum, antinomiarumque sen  
difficultatum, ex iure ciuiti, feudali . . . selectarum  
Disputationis IV.
3. Cranius, Henricus Andreae: Iuris controversi, sive  
principiarum controversiarum, antinomiarumque  
sen difficultatum, ex iure ciuiti, feudali, . . .  
selectarum Disputationis III.
4. Cranius, Henricus Andreae: Iuris controversi sive  
principiarum controversiarum, antinomiarumque  
sen difficultatum ex iure ciuiti, feudali, canonico,  
selectarum Disputationis secunda.
5. Stuckius, Iosephus: De Futele et cura.

6. Werdenhagen, Iohannes Angelius: Decas problematum  
politiorum.

1617.

1. Clusius, James Thomas: Remonstrata et Reponit

2. Clusius, James Thomas: Disputatio in quo, ex offi-  
cii, frequentissima juxta dictissimam. iudiciorum propterorum  
materia desumpta.

3. Clusius, James Thomas: Remonstrata.

4. Cranius, Henricus Ador: Tres controversiae proac-  
cipiarum controversiarum, ... ex iure civili - consti-  
tutionibus imperii et ordinatione Camerae Imperialis -  
selectarum disputatio octava.

5. Cranius, Henricus Ador: Tres controversiae proac-  
cipiarum controversiarum ... ex iure civili -  
constitutionibus Imperii et ordinatione Camerae Imperialis  
selectarum, Disputatio quinta.

6. Granius, Henricus-Aureus: *Faris controversi vii, partibus*  
*III publica, ex lib 17, 18, 19 Panded. Desumpta.*

7. Lotichius, Johannes: *De jure emphyteutico*

8. Lotichius, Johannes: *De mutuo et monetae mutatione*

9. Stuckius, Janus: *De legitima successione liberorum  
in bonis parentum*

16. Stuckius, Janus: *Vicarius publico - iure' Regno circa  
C. un. Z. feud., que sunt regalia.*

11. Stuckius, Johannes: *De fiducioribus*

1618.

1. Trunsaus, Henricus: *De partis humani legitimis terminis*

2. Trunsaus, Henricus: *De partis humani legitimis  
terminis.*

3. Stuckius, Johannes: *Vijsatiorum de iuri primitiae natura et  
principiis tracta: De iustitia, egestate, variis acceptationibus,  
speciebus, ut et analogia sine proportione in ea secunda, ei dunque  
contraria iustitiae.*

4. Stuckius, Iohannes: De iuris et iurisprudentiae natura  
et principiis, ejusdemque tum in scholis recte tradicione  
tum ratione, tum vero et genere in foro usq.  
1619.

5. Stuckius, Iohannes: De praeforenlio et Forum.

6. Stuckius, Iohannes: Dissertationes de iurisprudentiae  
natura et principiis secunda: De numero et officio  
iurisprudentiae et toti et iugibus illa ab aliis differ.

7. Stuckius, Iohannes: De emphione et venditione

1619.

1. Brudaeus, Casparus: De legatis.

2. Clueldius, Ioannes Thomas: De jure emphontico.

3. Latichius, Iohannes: De usu fructu

4. Winkelius, Iohannes: De legatina successione.

5. Winkelius, Iohannes: De successione et intestato

1616,2  
2

IVRIS CONTROVERSI,  
SIVE  
**PRAE CIP VARVM**  
CONTROVERSIARVM, ANTINO-  
MIARVMQVE SEV DIFFICVLTATVM,  
ex iure ciuili, feudal, canonico, Prouinciali  
Saxonico, Constitutionibus Imperij, & Ordi-  
natione Cameræ Imperialis,  
selectarum,

**DISPUTATIO QUARTA,**

Quam  
S T N O E U ,  
*In illustri Academiâ Iuliâ,*  
P R A E S I D E  
Clarissimo & consultissimo viro,  
D N HENRICO-ANDREA CRA-  
NIO, I V D & LL Professore Ordinario,  
publica disquisitione

Submittit

GEORGIVS Brudslachf / VVesph.  
Ad diem Decemb. in nouo Iuleo.

O F F I C I O HELMAESTADII,  
Typis heredum Iacobi Lucij.

A N N O  
c l c i c X V I .

XI.



MARIA PIA  
VIRIS,  
AMPLISSIMIS, DOCTISSIMIS,  
& Prudentissimis, Dominis Consulibus, reli-  
quoq; ordini Senatorio inclytæ Reipubli-  
cæ Brakelensis, dominis meis debitâ  
obseruantiâ colendis.

Spectabilibus, Doctissimis, prudentissimis, alia-  
rumq; rerum usu experientissimis  
Viris,

Dn. HENRICO VVIPPERMAN  
Dn. GEORGIO HATTISEREN  
Eiusdem Republicæ, illi Consuli, huic verò Pre-  
fecto prætorio, dignissimis & meritisimis, Dominis  
meis, respectuè consobrino, & affini hono-  
rificè obseruandis,

Hanc iuris controuersi  
disputationem  
Offero

Georgius Brudtlachl. Resp.







## IURIS CONTROVERSI

### Disputatio IV.

publica:

quâ

Omnes & singulae leges libri 7. & 8. Pandectarum,  
perinde ac si hic posita eſſent, cum annexis ſequentiibus que-  
ſtionebus, publico examini ſubjiciuntur, ita tamen ut in o-  
mnibus & singulis controverſyis, ſententia primo loco poſi-  
ta de iure verior reputetur:

PRAE SIDE

HENRICO-A NDREA CRANIO

I. V. D. & in III. Acad. Iul. LL. Prof. Ord.

Reſpondente

GEORGIO Brudtlacht / VVestph.

---

EX LIB. VII. DIGESTORVM.

CONTROVERSIA I.

**V**indicationem rerum Corporalium ſequitur re- Tit. I.  
etio ordine vindicatio incorporealium, utpote, serui- De uſu fu-  
tutum personalium, & realium seu prædialium. & quæ-  
Seruitus personalis, in duos velut ramos recte ſub- admodum  
diuiditur, uſum fructum ſcilicet & uſum: licet Interpretes vul- quis vta-  
go tres pluresue ſeruitutum personalium species constitu- tur frua-  
G ant.

ant. + vſusfructus Paulo IC<sup>o</sup> est *ius*; sed rectius &  
ad l. 1. l. 2.  
magis logicè definitur, seruitus personalis alienis rebus v-  
tendit fruendi, saluā rerum substātiā. Sed nunquid hæc de-  
finitio, omni, & sic etiam quasi vſufructui competit?

*Q*uid NI, competit teste Paulo in l. 1. ibi: saluā rerum substā-  
tiā. ff. b. t. & Iustiniāno in §. 2. I. cod. vbi Interpret.

*Q*vi SIC, dixerint alij cum Treutlero hic: (1.) cūm hac verba  
(saluā rerum substātiā) non conueniant quasi vſufructui, qui  
consistere dicitur in rebus, qua ipso vſu consumuntur, d. §. 2. I. b. t.  
Item (2.) arg. l. 2. ff. cod.

ad l. 4. l. 5. 2.  
h. t. Vſusfructus diuīsio, quā vulgo diuīditur in causalem,  
& formalem, annē in materia seruitutem monstri quid alit?

*I*TA E ST, arg. l. 5. ff. si vſufr. petat. l. 26. de seruit. verb. prad.  
iunct. l. 1. b. t. princ. I. eod. Coraf. 5. misc. 3. Conan. 4. comm.  
3. Don. 9. comm. 9. Cuiac. ad l. 27. §. item 8. de pæct. Dn. Goedd.  
adl. 25. de v. 5.

*N*ON E ST, secundum aliorum opinionem, quos sequi videtur,  
Arius Pinell. in l. 1. p. 2. n. 9. & 10. C. de bon. matern. + Mouentur  
(1.) arg. l. 4. b. t. vbi dicitur: vſumfructum in multis casibus par-  
tem dominij esse. Quod explicationem recipit ex l. 8. princ.  
dereb. auth. Indic. poss. l. 58. de V. O. l. 5. b. t. adde D. Arum. di.  
spn. 9. th. 1. Item (2.) arg. l. 21. §. si fundum. ff. de except. rei in-  
dic. l. 126. §. 1. de V. O. l. 70. de fideiūss. Distinct. Hottom. 3.  
obs. 22.

ad l. 12. §. 3.  
2. l. 38. l. 67.  
h. t. Recte diuīditur in verum & quasi. Constituitur au-  
tem vel L E G E, vt patrī in bonis filiī familiās aduentitijs. (An  
& in feudo? N. vt diceretur suo loco ad consuetudines feudorum)  
vel F A C T O H O M I N I S, vtpote inter viuos vel ultimā vo-  
luntate. + Circa modum vtendi-fruendi quāritur,  
possitnē vſumfructum constitutum vendere aliquē modo  
alienare vſufructuarius?

D I S T I N G V I T V R hic recte inter ipsam seruitutem vſufructus,  
qua inris est: & eius effectum, seu inde dependentium fructum  
percipiendorum commoditatem, qua facti est; Ut hoc casu, non  
ille

illo vſusfructus vendi & alienari, recte dicatur. (1.) arg. l. arboribus. 12. §. 2. l. non utiur. 38. ff. b. t. l. locare. 44. ff. locat. iunct. l. 1. ff. deseruit. (2.) arg. l. 8. §. fin. ff. de peric. & comm. rei vend. (3.) per l. si vſusfruct. 66. de iur. dot. & l. 5. quibus mod. vſusf. amitt. Interpp. ad §. finitur. 1. h. t. Couar. 1. var. resolut. 8. n. 7. Donell. 10. comm. 8. confer. D. Arum. exerc. 5. th. 22.

AFFIRMANT quidam simpliciter: qui mouentur. (1.) textu l. cui vſusfruct. 67. ff. b. t. (2.) arg. d. l. 38. ibi: vel eius nomine alius. ff. b. t. (3.) per l. 8. princ. C. de bon. autb. indic. poss. (4.) arg. §. 1. l. de vſusfr. & habit. & similib. Gomez. 2. var. resolut. 15. Pinell. in l. 1. p. 3. n. 38. & seqq. C. de bon. matern. Treutl. p. 1. D. 16. th. 10.

4. Constitutio vſusfructus idoneam Domini vſumfructum constituere volentis desiderat personam. † Hinc Emphyteuta, superficiarius, in fundo Emphyteutico, superficiario, non directe & propriè, sed prætoris tuitione, vſumfructum constituere posse verius est. † Proprietarium ne quidem consentiente vſusfructuario, seruitutem imponere posse,

RESPONDENT Vlpianus, in l. sed si quid. 15. §. fin. ff. b. t. Quod Conano & plerisq; alijs durum & iniquum videtur. † Hinc varie Dd. explicant hunc textum. Vid. Donell. 16. comm. 11. & D. Arum. disp. 9. th. 11.

CONTRADICERE videtur Paulus in l. nisi 16. l. 17. §. 1. ff. eod. ex quibus colligitur proprietarium recte imponere seruitutem fundo vſusfructuario, etiam in iusto fructuario, si modo vſusfructus conditio non fiat deterior. arg. l. 17. §. 2. b. t. l. 2. C. eod. l. 25. de P. S. addel l. 2. de nou. oper. nunciat.

5. Vſusfructus vestimentorum, sitnè verus, vel quasi, magnum haber dubium?

QVASI vſusfructus est Iustiniano, in §. 2. vers. nam & hares. ibi: vestimenta. l. b. t. Quem textum tamen accipio, de eo casu, ubi vestimentorum vſus relictus est quotidianus. arg. l. 1. & t. t. ff. de vſusfr. ear. rer. qua vſu consum. Vid. Dom. Arum. Exercit. Iustinian. 5. th. 18.

ad l. 15. §. 6.  
fin. & l. 16.  
h. t.

ad l. 15. §. 4.  
1 9. § 3. h.  
t. junct. §.  
2 3. cod.

VERVS autem est Vlpiano, in l. 15. §. Et si vestimentorum. 4. Et  
in l. 9. §. si uestis ususfructus legatus fit. 3. ff. ususfruct. quemad.  
eau. Donel. 10. comm. 4. Ant. Matth. in not. ad d. §. 2. I. h. t.  
¶ Sed hos textus accipio de eo casu, quando vestimentorum  
usus relictus est ad certum modum, & sic eorum usus rarus est, ut  
ita vetustate temporis potius, quam usum consumantur, arg. l. 7. de  
ususfruct. ear. rer. quae usum consum. secus vero est, si eorum usus  
sit relictus quotidianus, ut in d. §. 2. I. h. t.

ad l. 19.  
iunct. l. 13.  
§. 7. h. t. 6. Pone: Titius ædium suarum, quoad altius quam uti  
nunc sunt, ædificatæ non erunt (& sic adiecto onere ne  
altius tollantur) reliquit usumfructum: Quæritur an hoc  
legato proprietas legata censeatur, vel ususfructus?

V S V M F R V C T V M legatum esse, ait ex sententia Proculi Pom-  
ponius in l. 19. h. t. nec aliud testatorem sensisse appetet.  
Inniuit idem rubrica sive inscriptio huius tituli. Conan. 4.  
comm. 3. in fin. Fachin. 5. controv. 43. Arius Pinell. ad. l. 1. n.  
43. & seq. C. de bon. matern.

IMO PROPRIETATEM legatum censi statuunt alij: arg.  
l. 13. §. 7. ff. cod. h. t. nisi enim, aiunt, in hac specie proprietas reli-  
ctua intelligeretur, frustanea esset ea prohibitio in ususfructuario,  
cum is ex iuris communis regulis, ades altius tollere non possit. d.  
l. 13. §. 7. Glos. Bart. & alij Interpp. veteres, Item Alciat.  
ad l. 25. de v. 5. Gail. 2. obs. 143. n. 7. Menoch. 4. presumpt.  
133. n. 2. sed falluntur.

ad l. 61.  
iunct. l. 13.  
§. 6. h. t. 7. AEdificium inchoatum, fructuarium consummare  
non posse.

P L A C E T ICto Neratio in l. ususfructuario. 61. ff. b. t. Etiam si  
eo loco aliter vti non possit. Coniunge hic l. 13. §. si tamen. 6.  
vers. sed nec edificium, & l. ususfructuario. 44. ff. cod. Vid. Co-  
stal. ad d. l. 61. & Coras. 1. miscell. 6. n. 3. Dom. Arum.  
d. 9. th. 5.

D I S P L I C E T hoc, ut videtur Vlpiano in l. 1. §. 1. 2. 3. 4. ff. si  
ususfruct. per. Cni enim ususfructus datus est, ea quoq; concessa  
intelliguntur, sine quibus is ususfructu vti non potest, arg. l. 2.  
de iurisdict. & d. l. 1.

8. Accre-

8. Accretionem inter vsufructuarios vltimâ voluntate  
coniunctos tantum locum habere, ac proinde eam in con- Tit. II.  
tractibus cessare tradunt Interpretes. † Sed nunquid De vsufru-  
hoc ius accretionis obtinet in emptore hereditatis? cto acre-  
scendo.

OBTINERE probant, per l. 2. C. de hered. vel action. vendit.

Iason & Dd. in l. re coniuncti. 89 ff. de legat. 3. Gomes. 1. de iur. ac-  
cresc. 10. n. 44. Cuiac. 12. obs. 13. Fachin. 5. controu. 101. & 10.  
contro. 3. & 69.

NON OBTINERE tradunt alij, per l. 2. §. cum quis. 18. & §.  
non tamen. 4. ff. de herid. vel att. vend. Bald. in d. l. re coniuncti.  
89. Duaren. 2. de iur. accresc. 6.

9. Vetus increbuit consuetudo quarendi, vtrum etiam ad l. 1. 1. 3.  
inter vsufructuarios re coniunctos locum habeat ius accres- h t.  
cendi, an verò ius non decrescendi?

PRIVS asserit vlpianus, in l. i. b. t. Iustinian. §. si eadem res. 8. I.  
de legat. text. est in d. l. 89. de legat. 3. l. 26. l. 30. ff. de condit. &  
demontrat. Treutl. p. 1. D. 16. th. 4. lit. B. & alij plures. † Imo  
remoto iure accrescendi, nulla consideratio est iuris non decrescen-  
di, quod vocant.

POSTERIVS turgentur vulgo. arg. l. coniunctim. 80. de legat. 3.  
iunct. l. 3. b. t. & l. vn. §. his itaq. definitis. 10. C. de caduc. tollend.  
Vvesenb. in parat. n. 4. b. t. Vid. Dn. Goedd. ad l. Triplici.  
147. de V. S. & Forcatul. Necyom. dial. 68. n. 4.

10. Finitur vsufructus varijs modis, vti & cessione ab Tit. III.  
vsufructuario factâ domino proprietatis. † Quid autem Quibus  
si extraneo (id est ei qui proprietatem non habet) ceda- mod. vsu-  
tur? fr. vel vsu  
amit. ad §. 3. l. de

NIHIL agitur, ut inquit Iustinianus in §. finitur. 3. I. de vsu-  
fruct. Quod ita quidam interpretantur, ut vsufruct. in priori junct. l. 66.  
statu maneat, nec per cessionem finiatur, aut cum proprietate con- de iur.  
solidetur, ut colligunt ex d. §. 3. & ibi factâ oppositione. Vvesenb.  
in parat. hic. n. 5. (idem sed paulo aliter ad d. §. 3. n. 6.) Ant.  
Matth. in not. add. §. 3. D. Arum. exerc. Iustin. 5. th. 22.

ALIQUID agitur, (1.) teste Pomponio in l. si vsufructus. 66.  
ibi: si extraneo cedatur, nihil ad eum transire, sed ad dominum proprie-

proprietatis reuersorum usumfructum. ff. de iur. dot. (2.) & Paulo 3. sent. 6. §. in iure cessione amittitur ususfructus. 31. & ibi. Cuiac. & in not. ad Vlpian. tit. 10. & add. §. 3. quem sequitur. Dn. Borch. ibid. Boer. p. 2. cl. 5. D. 9. th. 52. Donell. 13. comm. 19. circa princ. pag. m. 530. Treutl. d. disput. 16. th. 14. lit. c. & ibid. alleg. contra quod. th. 10. lit. b.

**Tit. V** II. Senatus consulto inductum esse ait Vlpianus, ut etiam earum rerum, quæ vnu consumuntur vel minuuntur, vnu legari possit. Hinc vulgo hanc admodum plausibilem inter verum & quasi usumfructum faciunt differentiam, vt ille inter viuos etiam: hic vero non nisi ultimâ voluntate constituantur, ac proinde iure contractus non liceat: Sed

REPLICAT tacite (ut plerique volunt) hanc differentiam Iustinianus, in §. 2. vers. utilitatis causa. I. de usufr. vbi usus est generali verbo, Constitui, & aperto mane eandem impugnat Dn. Anton. Matth. in not. add. §. 2. D. Arum. exercit. s. th. 17. lit. B. Andr. Gerhard. exercit. Iustin. decad. s. n. 6. vers. unde & illud diciditur.

APPROBAT eam (ex quorundam sententia) Vlpianus in l. 1. & 2. ff. b. t. & Pomponius in l. usufructu. 69. ff. ad l. Falcid. vbi tantum utuntur verbo, legati, quo innuere videntur, Secum illud, solum legatorum causa introductum esse, cum inter viuos, hic sufficiat contractus mutui, commodati &c. V. eleg. & acutie Conan. com. 4. n. 2. V. Veselb. ad §. 2. verb. utilitatis causa. Treutl. p. 4. t. D. 16. th. 2. lit. K. ¶ Vira sententia in punto iuris verior sit, sobria ac modesta eruet disputatio.

**ad l. 2. l. 5. 12.** §. 1. b. t. Varia & anceps questio est, de quasi usufructu, sitne de eius substantia, siue essentia, cautio usufructuaria? Quidam hoc simpliciter affirmant: Alij negant: Nos medium viam ingrediemur.

AFFIRMANTIVM sententia nititur (1.) text. l. 2. ibi: caueri oportet (quod necessitatibus est) ff. b. t. (2.) arg. §. 2. ibi: wiliter caneatur &c. & ibi: Ergo senatus non fecit. Inst. de usufr. vbi Interpp. comm.

NEGANT-

NEGANTIVM sententia fulcitur, (1.) arg. l. 5. §. 1. ibi: nec cau-  
tio interneniat, ff. b. t. (2.) arg. l. 1. §. recte. 4. ibi: ut inde posse  
apparere, an & quatenus rem peioram legatarius fecerit, ff. vſu-  
fruct. quemadmodum can. Pinel. adl. 1. p. 2. n. 78. C. de bon. matern.  
Fachin. 8. controu. 43.

MEDIA M viam nos ingredientes, & hanc rem magis logicè con-  
siderantes, statimcauſionem in quaſi vſuſructu non eſſe D E  
FORMA ESSENTIAE (ea enim conſtituit modo utendè  
fruendi rebus in abuſu conſtentibus) SED EXISTENTIAE:  
Facit enim ut hic materia aliās inepta & inhabilis, ſtar apta &  
habilis, atq; ita cauſio iſla tantum occupata eſt in preparatione  
materia, ita tamen ut neq; ſit ipſa quaſi vſuſructus materia, neq;  
eius forma; ſed cauſa efficiens materia habilis: Remotā enim cau-  
ſione, vſuſructus in ijsrebus, que vſu conſumuntur, vel minu-  
natur, non poſſet conſiſtere. Operatur igitur materia exiſten-  
tiam, non quaſi vſuſructus eſſentiam.

13. Perdifficilis non tantum inter Interpretes, ſed etiam  
ipſos iuris Authores valde agitata quæſtio eſt, vtrum vſu-  
ſructarius ſeruitutes fundo vſuſructario debitas vin-  
dicare poſſit?

NON VINDICAT, teſte Vlpiano, in l. 1. prin. ibi: ſeruitutem  
quidem cum vindicare non poſſe. ff. b. t. l. 5. §. 1. verſ. & ſi fundo  
fruſtario. ff. eod. iunct. l. 2. ſi ſeruit. vind. † Sed hoc textus  
accipe de vindicatione, qua directo, non qua ſit per conſequentiā.

IMO VINDICAT, teſte eodem Vlpiano, in l. unīc. §. item 4-  
ibi: fruſtario vindicandarum ſeruitutum ius eſſe, iunct. §. fin.  
ff. de remiſſ. Facit l. 3. §. 3. & l. 9. de nou. oper. nunciat. & l. ſi  
qui. 16. de ſeruit. † Hic ne antinomiam ſtatuant inter-  
pretes, ad varia dilapsi ſunt. Aliter enim Accurs. & eius  
ſequaces. Aliter Cuiac. 1. obſ. 16. & 9. obſ. 17. & 16. obſ. 31. Aliter  
poſt. Br. Coraſ. in d. l. 16. n. 6. de ſeruit. Duar. ad Rubr. de nou.  
oper. nunciat. Robert. 2. recept. lect. 12. P. Aug. Morla in Em-  
por. iur. part. 1. de ſeruit. quaſi. 2. n. 3. circ. fin. Ioh. Del Caſtil.  
in tract. de vſuſr. c. 7. n. 16. & ſeqq. Aliter & rectius Dn. Vul-  
tei. diſcept. ſcholaſt. 18. Donell. 10. comm. II. adde Hottom. 2.  
amic. reſp. 16. 14. Ope-

tit. VI.  
Si vſuſr.  
pet. vel. ad  
al. pert.  
neg.  
ad l. 1. pr. 1.  
§. §. 1. h. t.

**Tit. VII. 14.** Operis servi legatis an vſusfructus vel vſus intelligi-  
De operis. ſeruotum. gatur concessus, controvertitur?

ad l. 3. 4. 5.  
h. t.  
VSVMFRVCTVM effectu concessum intelligi, responder Gaius  
in l. 3. & 4. h. t. Donell. 10. comm. 1. circ. fin. VVefenb. in pa-  
rat. hic D. Arum. th. 9.

**I**M O VSVM, responder ICTus in l. 8. ibi: vſum datum intelligi. ff.  
h. t. Conan. 4. comm. 5. n. 10. Treutl. th. vlt. lit. D. Gouean.  
1. var. leſt. 7.

**Tit. IX. 15.** Pone: Legatus est alicui fructus deducto vſu: quæ-  
De vſu & habitatio- ritur hic an legatum sit vtile vel inutile?  
nc.  
ad l. 14. §.  
h. t.  
INV T I L E eſt Vlpiano, in l. per ſeruum. 14. §. 1. vers. denig. ff.  
h. t. D. Arum. b. th. 12. adde Cniac. 8. obſ. 9.

V T I L E eidem Vlpiano, in l. 5. §. 1. ibi: & ſi fructus ſine vſu ob-  
tigerit, ſtipulatio locum habebit ff. vſusfruct. quemad. cau.  
† Has leges inter suas retulit ἀντιοվιλας Budæus, ut & in ef-  
fectu Pac. 3. ἡραν. 50. (ſibi quodammodo contrarius ibid.  
q. 49.)

ad l. 22. h. t. 16. Vtimur ad necessitatem. Vtimur & fruimur ad  
compendium etiam & lucrum; & tamen vſu ſyluae legato,  
etiam fructum intelligi legatum,

A S S E R I T ſimpliciter & indiſtincte Pomponius in l. D. Hadria-  
nus. 22. ff. h. t. Pinell. ad l. 1. p. 2. n. 57. & seq. C. de bon. matern.  
Vid. Dn. Goedd. ad l. 5. §. 1. n. 17. de V. S. ubi hanc controver-  
ſiam ſaltem attingit.

D I S T I N G V I T Donell. 10. comm. 24. in fin. pag. m. 549. inter  
ſyluam remotam & propinquam, ut in illa fructus, ex tacita  
ſcilicet testatoris mente: alias enim inutile foret legatum; in hac  
verò ſoluſ legatus confeatur: quia hoc caſu vſus eſſe potest, ex i-  
am remoto fructu, ut colligitur ex ratione d. l. 22. pr. † Et  
hac ſententia mihi de iure videtur verior; cui etiam ſubſcri-  
bit Treutl. th. vlt. lit. C. (ubi ſibi ipſi contrarius, niſi ibi pro Si le-  
gas niſi)

**Tit. IX. 17.** Vſuſructuariuſ. fe boni viri arbitratu vſurum fru-  
ariuſ iturum, & cum vſuſructus ad eum pertinere definet, re-  
ſtru-

stituturum, quod inde exstabit, cauere tenetur: Sed quo-<sup>ad l. i. ff. h.c.</sup>  
modoc

DATIS FIDEI VSSORIEVS tantum, innuit Vlpianus in l.  
7. b. t. & in l. 13. pr. ibi: satisfactionem desiderare, ff. de usufruct.  
& Imp. Alexand. in l. 4. ibi: ut satisfactio. C. eod. iunct. l. 1. ff. quis  
satisf. cogat, Donell. 10. comm. 14. D. Arum. exercit. 5. lib. 20.

IMO PIGNORIEVS etiam, innuit idem Vlpianus in l. 1. ibi:  
Cauere ff. b. t. & Paulus in l. 8. ff. eod. iunct. l. sancimus 3. C. de V.S.  
Gail. 2. obf. 47. adde VVseemb. in parat. b. n. 3. circ. fin. Cuius sen-  
tentiam equitati & hodierna praxi magis conuenientem esse nos  
difficemur.

18. Cum cautio usufructuaria, non in testatoris, sed he-<sup>ad l. i. Ch. 6</sup>  
redis fauorem sit introducta; consequens est, eam à testato-  
re ne quidem in vero usufructu remitti posse: De herede  
magis dubitatur, possitne eam remittere?

NON POSSE verius est, cum eius remissio sit tam contra natu-  
ram quasi usufructus, quam contra leges. l. 2. S. 1. ff. de usufr. ear.  
rer. qua usu cons. S. 2. vers. ut tamen. & vers. Ergo sententia. I. de  
usufr. plenè Dn. Præses in explic. l. 45. S. 1. dt R. l. c. 5. & 6.

IMO POSSE innuit Vlpianus in l. 5. S. 1. ff. de usufr. ear. rer. qua  
usu consum. & Paulus in l. 71. adl. Falcid. & Justinian. in l. fin. S.  
4. ibi: paternā reuerentia enim excusante. C. de bon. que liber. Pi-  
nell. ad l. i. p. 2. n. 76. C. de bon. matern. Fachin. 8. controv. 43.

## EX LIB. VIII. DIGESTORVM.

19. Sequitur de SERVITUTE REALI seu prædiali,  
qua à prædio debetur prædio vicino: estq; urbana, vel rusti-  
ca. Illa prædio debetur urbano; Hæc rusticæ: Illa vel præ-  
dio dilatando, vel ad commoditates eius interiores, vel de-  
niq; prædio exonerando, comparata. Hæc vero (rustica  
scilicet) vel accedendi; vel è fundo alieno quid ad usum no-  
strum sumendi; vel exonerandi causa constituta est. Seruitu-  
tes prædiales neq; ex tempore, neq; ad tempus, neq; sub  
Tit. I.  
De seruitu-  
tibus  
ad l. 45  
H condic-

conditione, neque ad certam conditionem constitui posse.

POMPONIVS ait in l. 4. b. t. Licer hoc ex opinione Bartoli & Interpp. admodum subtile & difficultatis plenum sit. sed lex ita scripta est. Cur? Vid. l. 44. §. 1. ibi placet ff. de O. & A. l. 28. de seruit. predior vrb. Zaf. 2. sing. resp. 30. Donell. 11. comm. 20. Duaren. & Forcatul. ad l. 4.

MARCELLVS contradicit in l. exissimo. 98. ibi: & si fundi dominus, sub conditione via stipulatus est. ff. de V. Q. Item Paulus in l. 4. ibi: vel ex die dari potest ff. de usufruct. & tacite ICrus in l. 2. §. fin. l. 3. ff. de preclar. l. 17. com. predior. Vid. Donell. d. loc. Pac. 3. c. 2. l. 51. D. Arumæ. D. 9. th. 13.

ad l. 4.

20. Controueritur, an ut pomum decerpere, spaciari, coenare in alieno fundo possimus, seruitus imponi siue constitui possit?

NEGAT Paulus in l. ut pomum: 8. ff. b. t. quam ita simpliciter & indistincte accipit Cuiac. 24. obs. 22. arg. Rubr. h. t. l. 12. ff. de ann. legat. l. fin. §. fin. de contrah. empt. Sed male.

AFFIRMAT tasit Pomponius in l. 15. §. 1. b. t. & Vlpian. in l. 5. §. & belle. 9. ibi: cum quis ff. de operis. Non nunciat. Quod, nos ita intelligimus, ut in predicto casu seruitus realis imponi nequeat, posit tamen ut personalis. Hottom. 8. obs. 20. Donell. 11. com. 1. D. Arumæ. th. 13.

ad l. 9. h.  
Junct. l. 26. 21.  
de S. P. R.

Legata via, non determinata a testatore parte fundi, in quo constituatur, cuius sit electio, haeredis, an legatarij, queritur?

LEGATARIJ est (1.) teste Celso in l. si cui. g. b. t. (2.) Paulo in l. si mihi. 21. de seruit. pred. rust. (3.) Scauola in l. 8. de ag. cotid. & astina. Vid. Coepoll. de seruitut. c. 25. n. 5. Donell. 11. comm. 13. pag. 604. Dn. Vultei 1. I. R. 63. n. 67. D. Arum. th. 15.

HAEREDIS Esse electionem innuit idem Paulus in l. si via. 26. ibi: facultas est heredi, per quam partem fundi velit constituer seruitutem. ff. de seruit. pred. R. Pac. 3. c. 2. l. 52. Costal. ad d. l. 9. per d. l. 26. & l. 2. §. p. derel. & sumpt. funer.

ad l. 19.

22. Seruitutis finis est eius utilitas: unde consequens est, seruitutem, quæ fundo inutilis est, constitui.

NON

NON POSSE, teste Pompon. in l. 15. b. t. ubi Dd. communiter. Adde  
arg. 1. si ades 38. & 4. seq. Donell. ii. comm. 1. & 9. com. 21. eleg.  
VVelemb. in par. n. 3. b. t.

IMO POSSE, ait Labeo, in l. ei fundo 19. ibi: quedam enim debe-  
re habere possumus, quamvis ea nobis utilia non sunt. & c. ff. eod.  
Hottom. 8. obs. 11. & 13. in fin. Costal. ad d. l. 15. & Forcat. ibid.  
Ant. Faber. s. coniectur. ii. Coras. in prelud. deseruit. quos se-  
guitar. D. Arum. th. 16. add. Pac. 3. evan. 55.

23. Inter seruitutes urbanas connumeratur etiam ius Tit. II.  
altius tollendi. (& per hoc officiendi luminibus vicini) sed De seruit.  
num reuerâ seruitutis species sit, magnum habet dubium, præd. vib.  
quod teste Corasio, tantas officit Doctoribus tenebras, vt ad l. 20  
necedum lumen receperint. iunct. l. 24

EST seruitutis species, teste Paulo in l. 2. ff. b. t. & Iustini. in §. aquæ.  
2. Inst. de action. Coras. ad l. 1. n. 9. & 14. deseruit. Pac. 3. evan.  
36. Adde Donell. n. com. s. D. Arum. exercit. s. th. 9. Dn.  
Vult. discept. s.

NON EST, ut innuit idem Paulus in l. 24. b. t. & Vlpian. in l. 9.  
& Papirius Lustus in l. 14. ff. eod. & Impp. in l. altius. 8. C. de  
seruit. & aqua. Ex quibus textib. colligitur, ius altius tollendæ  
speciem esse non seruitutis, sed libertatis: Nobis verumq. verum  
est, sed diverso respectu. Vid. D. Arum. d. loc.

24. De eo valde dubitatur, sintne distinctæ seruitutes ad l. 2.  
altius non tollendi, & ne luminibus vicini officiatur?

S V N T (1) teste Iauoleno in l. 12. & (2) Vlpiano in l. 15. & 17. 5.  
2. b. t. & (3) arg. l. 2. §. 6. ne quid in loc. public. Hottom 2. respons.  
amicab. s. VVelemb. in paratit. n. 4. b. t. & ad §. 1. I. de seruit.  
D. Arum. exercit. s. th. 9.

NEGAT Gaius in l. 6. ibi: ne altius tollatur, ne luminibus mearum  
adim officiatur. ff. b. t. Cuiac. 17. obs. 35. Donel. ii. com. s.

25. Ambigunt quoq. multi, an differat ius luminum à  
iure, ne luminibus officiatur? ad l. 2.

D I F F E R V N T, ut diversa seruitutes (1) teste Paulo in l. luminum.  
4. ibi: cùm autem. ff. b. t. (2) arg. l. 23. ff. eod. D. Arum. d. ex-  
ercit. s. th. 9. circ. fin.

NON DIFFERUNT, Donello, n. eom. s. & Andr. Gerhard.  
exerc. Iustin. Dec. 5. th. 2. lit. B. arg. d.l. 4. & l. 15. ff. h.t. † Con-  
fer Cuiac. 1. obs. 4. (ubi corrigit l. 14. h.t. sed ob id reprehenditur  
ab Hottom. 2. resp. amicabil. s. & Robert. 2. rec. lest. 20.)

ad l. 12. 15.

26. Quid autem de seruitute prospectus, & ne prospe-  
ctui officiatur?

VNA ET EADEM est seruitus. arg. l. 12. l. 15. l. 16. h.t. Donel. n.  
eom. s. Robert. 4. sent. 7. D. Arumæ. exere. s. th. 9.

IMO DIVERSAE sunt seruitutes, ut volant alij, per s. aquæ 2. l.  
de action. Treutl. th. 3. lit. c. Coras. ad l. n. 37.

27. De seruitute oneris ferendi (quà vicinus cogitur  
onus ædium nostrarum in pariete vel columnâ suâ sustine-  
re) quæritur, num reficere, & restaurare, quod oneriferen-  
do est destinatum, teneatur is, qui eam debet?

AFFIRMAT Paulus in l. eum debere. 33. ff. h.t. & Vlpianus in l.  
6. §. 2. ff. si seruit. vind. Adde l. 7. l. 8. princ. & §. 2. eod. tit. Do-  
nel. 9. com. 21. Capoll. c. 58. pag. m. 271.

ad l. 9. h.t.

NEGARE videtur Pomponius. in l. 15. §. 1. ff. de seruitut. † Sed  
in d. l. 33. specialis estratio: Imo singularē quandam & abnor-  
mem & quasi spuriam huius seruitutis (oneris ferendi) naturam  
esse, ait Hottom. 2. respons. amicab. 17. ¶ An is, qui seruitutem  
habet, nouum opus nunciare possit (de quo Ic. in l. 9. h. t. &  
l. 9. si seruit. vindic.) dicetur commodius ad l. qui viam 14. ff. de  
Nou. oper. nunc.

Tit. III.  
De Seruit.  
pred. rust.

ad l. 1. 7. 12.

28. SERVITUTES PRAEDIORVM RUSTICO-  
RVM sunt iter, actus, via, aquæ ductus, aquæ haustus, ius  
pecoris pascendi, ad aquam appellandi &c. † Iter recte  
definitur ius eundi, ambulandi hominis. † Sed quæritur  
hic, an is qui tantum habet seruitutem itineris, possit  
etiam ire cum alio?

IN NWIT id non obscure Paulus in l. 7. h. t. & Modestinus in l. inter  
12. Itiner est enim, quæ quis pedes vel eques commeare potest. ff.  
eod. Gloss. ad §. 1. Inst. de seruit. quam sequitur Costal. ad l. 1. n.  
3. ff. h. t.

NEGANT

rd.  
on-  
tar  
pe-  
11:  
e.l.  
tur  
ne-  
en-  
inl.  
DO-  
Sed  
or-  
am-  
em-  
&  
de  
O-  
ius.  
tè  
eri-  
ffit  
ter  
ff.  
1.1.  
NT.

NEGANT nonnulli, arg. l. i. ibi: iter est ius eundi, ambulandi ho-  
minis ff. b. t. vbi Coras. n. 88. Iason in addit. ad Porc. I. de seruit.

29. Actus est ius agendi vel iumentum vel vehiculum. ad l. i.  
iunct. l. 4.  
† Hic (teste Ant. Fabro) obscura suboritur questio: an §. 1.  
actus seruitute contineatur etiam iter: vel an actui semper  
insit iter?

IN EST (1) teste Vlpiano in l. i. ibi: qui actum habet & iter habet,  
etiam sine iumento ff. b. t. & (2) in l. 9. §. 2. ibi: qui actum stipula-  
tur, deinde iter, nihil agit & c. ff. de nouat. & (3) Paulo in l. i. ibi:  
quia nunquam actus sine itinere esse potest. ff. de admend. vel  
transfer. legat. & (4) Julianus in l. qui usumfructum. 58. ibi: sed  
qui actum ff. de V. O. (5.) arg. l. non debet. 21. ff. de R. I. com. Dd.  
in d. l. i. vbi Coras. n. 94. D. Aruma. d. exercit. s. th. 5.

NON IN EST (1) eodem Vlpiano teste, in l. loci 4. §. 1. ibi: qui iter  
sine actu vel actum sine itinere habet ff. si seruit. vindic. (2) & in  
l. si mater. 11. §. si quis iter. 6. ff. de except. rei indic. Anton. Faber.  
1. coniect. vlt. Cuiac. 22. obf. 35. † Pro conciliatione hinc quid di-  
cendum? Actui iter semper inest materialiter (sive consequen-  
ter, vel quoad commoditatem) de quo d. l. i. non formaliter (sive  
principaliter) de quo accip. d. l. 4. §. 1. Constant enim suis formis  
contrar. Ergo una alteri non potest inesse.

30. Anne igitur cesso actu per se (hoc est, non agendi iu- ad l. i.  
iunct. l. 12.  
§. 6.  
menti, vel vehiculi causâ) ire licet?

MAXIME, licet, (1) perd. l. i. ibi: qui actum habet & iter habet e-  
tiam sine iumento ff. b. t. (2) princ. I. de seruit. (3) l. 2. ff. quemad.  
seruit. amitt. (4) add. arg. l. 21. l. 163. l. 165. de R. I. Cuiac. 22. obf.  
35. Duar. 1. diff. 31. & add. l. t.

MINIME, sive Ant. Fabro credimus, 1. coniect. vlt. (1) arg. d. l. si ma-  
ter. 11. §. 6. iunct. l. legi tecum 26. ff. de except. rei iud. (2) arg. d. l. r.  
de adm. legat. (3) & l. 13. §. 1. vers. stramen viam. ff. de acceptio-  
lat. † Sed hi textus interpretationem recipiunt ex th.  
n. preced.

31. Via definitur ius eundi, & agendi & ambulandi ho- add. l. i.  
iunct. l. 7.  
§. pen.  
minis: sed nunquid recte pro eundi legitur vehundis?

NEGAT Vlpianus in d. l. i. ibi: via est ius eundi & c. & ibi: nam

H. 3.

& iter.

¶ iter, & actum & se via continet. ff. h. t. Treutl. b. th. 4. lit.  
e. confer Ant. Fab. i. coniect. vlt.

CONTRADICUNT alij. arg. l. 7. §. pen. b. r. & d.l.i. ibi: iter est  
ius eundi, & ibi: actus est ius agandi &c. E. (concludunt) via est  
ius vehundi &c. Conan. 4. com. ii. Donell. ii. com. 6. quos  
sequitur D. Arumæ. d. exercit. s. th. 6. Aliter Hottom. 2.  
obs. 21. Aliter definit Dn. Vulsei. i. I. R. 63. n. 71. Aliter viam ab  
actu discernit Robert. 4. sent. 5. A. Fab. d. c. ult.

ad l. 2. pr. 32. Rusticorum prædiorum seruitutes esse, licere altius  
tollere, & officere prætorio vicino, vel cloacam habere li-  
cere per vicini domum, vel prætorium: vel protectum  
habere,

NERATIVS ait in l. 2. princ. h. t. quam diuersimodè explicant  
Donell. n. com. 4. Aliter Duaren. hic. Aliter Cuiac. qui putat,  
Neratium hic a reliquo ICris dissensisse.

GAIVS eas seruitutes, ut supra dictum est, urbanorum prædiorum  
esse respondet, in l. 2. de seruit. prædior. urb. D. Arum. D. 9. th. 18.  
ad l. 2. §. 1. iunct. l. 17. 33. Aquæductus est ius aquæ ducendæ per fundum a-  
liepum. Sed qualis seruitus sit ambigitur?

REALIS est Iustiniano in pr. l. de servit. & Neratio in d.l. 2. §. 1.  
h. t. Adde arg. l. 2. §. 2. de aq. cottid. & est. l. 1. §. 9. de interdit.   
Hottom. 8. obs. 13. Treutl. p. i. D. 17. b. s. lit. a.

PERSONALIS est Vlpiano in l. mela ait. 14. §. 3. ibi: est seruit.  
personæ ff. de alim. & cibar. legat. & Paulo in l. Lucius. 17. ff. b. s.  
† Sed responderi hic potest ex ipsis textibus.

Tit. LV. 34. Seruitutes prædiorum urbanorum & rusticorum  
com. non loco seu situ, sed materia, (non autem ex quâ) hoc est,  
præd. tam urban. qualitate seu fine & vsu, ab inuicem distingui  
quam rust. VERIVS est. arg. l. 1. princ. ff. h. r. & l. urbana prædia. 198. & l.  
ad l. 1. pr. urbana familia. 106. de V. S. ubi Dn. Gædd. Don. de pignorib.  
c. 4. Cuiac. 7. obs. 24.

FALSUM esse videtur, arg. l. 4. ff. in quibus caus. pign. vel hypoth.  
sac. contr.. l. 2. de seruit. pred. rust. Adde l. ligni. 55. de legar. 3.  
Hottom. 8. obs. 12. qui putat in hac quæstione dissensisse  
Idos. Vid. Dn. Gædd. ad d.l. 198.

35. Ideo

35. Ideo seruitutes prædiorum appellantur, quoniam  
sine prædijs constitui non possunt, ait Vlpianus hic. † Sed <sup>ad l. 1. §. 1. &</sup>  
non caret controvërsia, an utriusq; prædij vicinitas requiri- <sup>l. 6. pr. l. 7.</sup>  
ratur, tam in seruitutibus vrbanis, quam rusticis?

INDISTINCTE vicinitatem requirimus eam, ut seruituti sive  
conferet usus. I. si ades. 33. ibi: tantum dicitur ut profici non possint.  
ff. de seruit. præd. urb. iuncl. l. 7. §. 1. ff. de seruit. præd. rust. Do-  
nel. II. comm. 2. Duar. ad l. 1. 4. §. 2. de seruit.

DISTINGUVNT nonnulli inter seruit. rust. & urb. ut in illis,  
non in his requiratur utriusq; prædij vicinitas. Treutl. d. Disp. 17.  
tb. 1. lit. b. arg. l. 6. princ. l. 7. §. 1. h. t. l. 4. §. fin. h. 5. l. 6. pr. ff. si ser-  
uit. vind.

36. Omnes prædiorum seruitutes causam habere debe- <sup>ad l. 3.</sup>  
re perpetuam sive continuam, (ipso iure scilicet vel tuitio-  
ne prætoris)

ASSERVUNT ICti int. 28. l. 20. princ. ff. de seruitut. urb. l. 9. ff. de  
seru. rust. l. 2. b. t. l. 1. §. 7. de ag. cor. & astiu. Treutl. d. tb. 1. lit. c.  
Donel. II. comm. 3.

NEGARE videtur, Vlpianus in l. 8. §. Aristo. 5. ff. si seruit. vind.  
ubi agitur de seruitute sumi immittendi, que non habet causam  
continuam. † Sed Vid Dd. add. l. 2. b. t. Cuiac. 1. obs. 28. re-  
prehensum ab Hottom. t. resp. amicab. 15.

37. De seruitutibus proditæ sunt actiones in rem tam <sup>tit. v.</sup>  
confessoria, quam negatoria. Hec datur domino, qui ne-  
gat seruitutem, à re sua deberi: Illaei, qui sibi eam compe-  
tere contendit, quam aliis impedit. † Vnde contro- <sup>ad l. 2. §. 2.</sup>  
uersum est, an negotoriam intendens, necessariò dominium  
rei sive fundi, in quo seruitus prætenditur, probare tenea-  
tur?

DISTINGUVNT Dd. ut eo demum casu, quo in fundi possessione  
actor non est, teneatur probare dominium: Alias secus, per ea  
qua tradunt Dd. à Myrl. d. obs. 19. & consil. II. dec. 2. n. 6. & seqq.  
allegati, Treutl. d. disp. 17. tb. 1. 4. lit. b.

AFFIRMANT simpliciter alij, arg. l. 2. §. 1. b. t. l. 23. pr. ff. & l. docce <sup>ad l. si quis</sup>  
<sup>10. h. 1.</sup>ancit. <sup>ii.</sup>

ancillam. 9. C. de R. vind. quos Vid. apud Mypf. dd. loc. ¶ Quis-  
nam vnicus ille casus sit, cuius meminit Imp. Iustin. i. §. 2-  
què. 2. Inst. de ast. multi ambigunt. † Vid. diversi mode In-  
terpp. ad d. §. 2. & ibi Ant. Matth. innot. Herm. Vult. i. Di-  
scept. 5. Aliter Æmil. Ferret. ad d. §. 2 qui emendat textū. Quod  
placeat Donel. ibid. : displicet autem Roberto. i. rec. lect. 18.  
Aliter se expedire conatur Coral. 3. mis. 23. ¶ An & qua-  
tenus seruitutes usucapi possint? Et an ad seruitutem re-  
quiratur titulus? Num etiam scientia & patientia Domini?  
Dicetur adl. 4. §. fin. l. scilicet. 10. §. 1 ff. de usurp. & usucapi. iunct.  
l. si quis. 10. h. t. l. 14. de seruit. l. seruus. 43. §. 1 ff. de acq. rer. dom.  
Interim Vide Mypf. 4. obs. 53. Coral. 5. mis. 5. Don. 11. com.  
11. Hot. 8. obs. 10.

Tit. VI.  
Quemad-  
Seruitut.  
amitt.

38. Seruitutes constituta perdurant, usq; dum amit-  
tantur, quod fit confusione; si idem vtriusq; prædij domi-  
nus in solidum esse cœperit: nec enim cuiquam res sua  
seruit: item remissione: & non vtendo. Iter tamen Se-  
pulchro debitum, non vtendo nunquam amittitur. † Sed  
an etiam rei mutatione & interitu seruitutes prædiale a-  
mittantur, non usque quaque expeditum est.

adl. 1. 3. 14

NON AMITTUNTUR teste Iauoleno in l. si locus. 14. h. t. &  
Paulo in l. seruitutes. 20. §. si sublatum. 2. de seruit. præd. urb. &  
in l. & Aticilinus ait in l. 35. de seru. pr. rust. Donel. 11. Com. e.  
vlt. in fin.

IMO AMITTUNTUR, teste VVesenb. in par. b. n. 4. per d. l.  
14. V. Dom. Arum. exere. 5. th. 15. Aliter Forcat. in l.  
1. n. 14. de seruit.

F I N I S.



Helenstedt, Diss., 1616-19



MW 1+13+23

KD17



### Farbkarte #13



B.I.G.

IURIS CONTROVERSI,  
SIVE

PRAECIPVARVM  
CONTROVERSIARVM, ANTINO-  
MIARVMQUE SEV DIFFICULTATVM,  
ex iure ciuili, feudal, canonico, Prouinciali  
Saxonico, Constitutionibus Imperij, & Ordi-  
natione Cameræ Imperialis,  
selectarum,

DISPUTATIO QUARTA,

Quam

S T O N E,

In illustri Academia Iulia,

PRAESEDE

Clarissimo & consultissimo viro,

DN. HENRICO-ANDREA CRA-  
NIQ, I. V. D. & LL. Professore Ordinario,

publica disquisitione

Submittit

GEORGIVS Brudslachſt / VVesph.

Ad diem Decemb. in nouo Iuléo.

HELMAESTADII,  
Typis heredum Iacobi Lucij.

ANNO

cxvi.

II.

